



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

leiunii species sunt tres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

dicta etiam additur, q̄ ieiunium temporaliter liberat, s̄ilicet à periculis, & aduersitatibus huius seculi. Exempla sunt in multis, qui ob reuerentia Beatae virginis uel quorundam aliorum sanctorum ieiunantes, a plurimis huīus mūdi periculis liberati fuere. ieiunium quoq; tēporaliter impetrat temporalia s̄ilicet beneficia, ut pluuiā tēpore fūcūtatis, sanitatem tempore infirmitatis, serenitatem tempore imbrūm, pacē tempore bellorum, & hūiūmodi ieiuniū demum spiritualiter glorificat. nam per illud ad cālestēm possessionem introducimur. Sicut Helias post ieiunium in cālū raptus est. 3. Re. 2.

Ieiunij sp̄ties sunt tres.

Prima est ieiunare à peccato. Vn de Hieronymus. Tunc præclara Hiero.
I est apud deum abstinentia corporis, cum animus ieiunat à uitijs. Quid prodest tenuari corpus abstinentia, cum animus intumescat superbia? Et Isidorus. Qui à cibis abstinent, & praua agunt, dēmones imitantur, quibus esca non est, & nequitia semper est. Secunda est, à cibo. Hieronymus. Hieron.
 Sint pura, casta, simplicia, & non superflitiosa ieiunia uestra, pura, ut sint.

L. 6

CHRISTIANA

absq; peccato mortali; casta, ut tria in
tentione fiant; simplicia, ut non que-
rat homo delicias . Vnde Isidorus,
Spernitur ieiunium quod in uespere
delitijs compensatur. Tertia est abli-
nere à gaudio corporali . Psal. Renuit
consolari anima mea &c.

Isyd.

Psal. 76

Ieiunio necessaria sunt quinque

Orige.

Primum est hilaritas . Vnde Ori-
genes . hilari animo, & limpido
corde , non tristi uultu ieiuni-
fiant, qui non uoluntarie ieiunat; mer-
cedem perdit. Secundum est, omnium
peccatorū ablutio: de qua nos docuit
Christus, qui post baptismum ieiunauit. Sic qui uult bene ieiunare , debet
per confessionem , & pænitentiam
lanari. In quo arguuntur illi qui no-
lunt in principio quadragesima con-
teri. Tertiū est, oratio ; Tob. 12. Bonā
est oratio cum ieiunio. Et Bernardus,
uide quemadmodum sibi inuicem iei-
unium & oratio societur, ieiunium
gratiam promeretur oranti, ieiunii
orationem roborat; oratio sanctifi-
cat ieiunium, & domino representa-
t. Tob. 4 Quartum est, eleemosyna. Tob. Si
multum tibi fuerit , multum prebe,
Augus. &c. Et P. Augustinus . Ieiunia uelut
ele-

To. 12
Bern.

Tob. 4

Augus.